



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Ordo & monasterium Vallis-Caulium, Gallice Le Priorè du Grand Val de  
Choux, in Ducatu Burgundiae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

te nominatur, quorum caput & originale monasterium in partibus est Aquitania. Hi siquidem Grandisfontis fratres à principio ordinis prudenter instituerunt, quod monachi spiritualibus & diuinis officijs tantummodo intenderent, temporalium administratione & prouidentia laicis fratribus credita & relicta. Regulam autem & instituta Cisterciensis ordinis in alijs omnibus penè obseruant, excepto quod numquam carnes, postquam professionem fecerunt, de cetero licet eis manducare, quantumq; aegritudine pragrauentur.

Ordo & monasterium Vallis-Caulium, Gallicè  
Le Priorè du Grand Val de Choux, in  
Ducatu Burgundia.

Vallis Caulium sita est in siluis, inter Diuionem & Augustodunum Ducatus Burgundia opida, in dioecesi Lingonensi, à qua ordo seu congregatio quædam Reformata monachorum ordinis S. Benedicti nomen accepit. De cuius quidem origine agit Chassenæus in Catalogo gloriæ Mundi partè 4. confid. 58. Sunt autem in Burgundia Prioratus huius ordinis circiter triginta: Ut Vallis Benedicti iuxta Augustodunum, Vallis-Crescens, prope Sedelocum & alij. Sic ferè choppinus lib. 2. monasticon tit. 2. §. 20.

De monachis Vallis-Caulium, (corruptè legitur Callum) sic Vitriacus historia Ori-

enta-

entalis cap. 17. Sunt alij fratres in Episcopatu  
Lingonensi, monachi Deo amabiles, & valde Re-  
ligiosi, qui de Valle Callium nominantur. Hi  
Cisterciensis ordinis instituta victu & vestitu &  
Diuinis officijs & in omnibus alijs distinctè &  
diligenter obseruant, excepto, quod cellulas mo-  
ditas, causa maioris tranquillitatis & pacis sibi  
construxerunt, vt in eis, tempore meditationis,  
lectionis, orationis, tanto deuotius, quanto secre-  
tius clauso sensualitatis ostio intra cubiculum  
suum soli Deo vacare queant. Adeo autem ab  
omni exterioris cura praputio, corda sua cir-  
cumcidere studuerunt, quod nec greges, nec ar-  
menta, nec terras arabiles nec alias habent pos-  
sessiones, nec temporalibus occupati sollicitudini-  
bus & curis huius seculi, ab intentione spiritua-  
lium retardentur. Præfixerunt autem extra se-  
pta monasterij sui terminos, quos non licet eis  
euagando, praterire. Solus autem Prior cum ali-  
quo de fratribus suis, vt subiecta sibi visitet mo-  
steria, vel alia necessaria causa potest ex-  
ire, reliquis simplicibus fratribus  
in domo velut Iacob commo-  
rantibus.

{:o:}



CAP.